iuſdem coloris, Blůtſtein appellant, à perſuaſione, quaſi ſanguinem ſiſtat ſi geſtetur, aut manu comprimatur dũ incaleſcat. ¶ E ſanguine in mamillis fœminarum concocto in animalibus lac fit: à quo nomen Galactitæ lapidi impoſitum, quòd is ad coticulam vel in pila tritus cum aqua ad oculorum remedia in lactei coloris ſuccum reſoluatur: vt & alij quidam, & Melitites quoq; à ſucci eiuſdem dulcedine ſic dictus. item Leucographis vel Morochthus appellatus, & qui in Argæo Cappadociæ monte naſcuntur, quorum meminit Galenus.

Galactites

Seuum Græci propriè στέαρ nominant, adipem πιμελὴν: quod Plinius in Steatite lapide non animaduertiſſe videtur. A membris corporum (inqt) habent nomina, Hepatites à iocinere, Steatites ſingulorum animalium adipe numeroſa. Conijcias autem è Græco aliquo ſcriptore malè hæc vertiſſe Plinium: & eſſe στεατίτην τῇ τοῦ τῶν ζώων

Steatites.